

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Practicae Novae Imperialis Saxonicae Rerum Criminalium Pars ...**

Quaestionum fere universarum in materia cuiusque generis homicidiorum,  
fractae pacis publicae, laesae Majestatis ... falsificationis monetarum,  
blasphemiarum, periurii & sortilegiorum ... decisiones absolutas ...  
exhibens

**Carpzov, Benedict**

**Witteberga, 1670**

Qvaestio I.

[urn:nbn:de:bsz:31-127726](#)



Auspice, quo nihil est infelix, Auspice Christo.

PRACTICÆ NOVÆ

# IMPERIALIS SAXONICÆ RERUM CRIMINALIVM, PARS PRIMA,

QVÆSTIO I.

*De Pœna Homicidii, an semper requiratur animus occidendi,  
ut calicum habeat?*

## S V M M A R I A.

- 1. *Homicidium est delictum frequens, horribile, grave & atrox, n. 2. 3. 4.*
- 3. *Athenienses in rebus quoq; inanimatis homicidium vindicarunt.*
- 6. *Lex Mosaicæ bruta animalia hominem interficiens damnat.*
- 7. *Homicidium crimen gravius est adulterio.*
- 8. *Pœna homicidii est ultimum supplicium.*
- 9. *Explicatio l. 1. §. 1 ff. de his qui d. jec. vel effund. l. 4 ff. de custod. Reor. §. ob hominem Instit. de oblig. que ex quas. delict. nasc.*
- 10. *Ius Divinum quoque morte puniri iubet Reos homicidiis.*
- 11. *Nec non Ordinatio Criminalis Caroli V. Imp.*
- 12. *Et Ius Saxonicum.*
- 13. *Varia atque diversa sunt qualitates homicidii.*
- 14. *Quare & varia huius criminis constitutas sunt supplicia.*
- 15. *Status questionis huius quinam proprièt̄ sit?*
- 16. *Recensentur argumenta sententiae Negative. n. 19. 20. 21.*
- 17. *In delictu animus & voluntas attendenda est, non exitus, n. 18. & quando hoc fallit, n. 54.*
- 18. *Intellectus l. 1. §. 3 ff. Ad Leg. Corn. de Sicar. l. 1. & l. 5. C. eod. tit. n. 55.*
- 20. *Sensus & explicatio l. 3. §. 2. ff. Ad Leg. Corn. de Sicar. n. 56.*
- 21. *Explicatio art. 146. in pr. Ord. Crim. Carol. n. 57*
- 22. *Apud Iraelitas sex erant Constituta Civitates refugii in gratiam homicidarii & quorū, n. 58*
- 23. *Adducuntur Interpp. pro negativa sententia.*
- 24. *Quomodo de animo occidendi constare possit, n. 25. 26. 27.*
- 28. *Verior est sententia affirmativa, rationibus ac fundamento firmata, n. 33. 34. 36. 37. 39. 40. 41. 42.*
- 29. *Dans operæ rei illicita, tenetur de omni eo quod sequitur prater intentionem eiusam ac voluntatem; Quomodo hoc accipiendum, n. 64.*
- 30. *In delictis puniendis sufficit dolus in genere.*
- 31. *Voluntas occidendi duplex, directa & indirecta, n. 32.*
- 35. *Nil interest, occidat quis, an causam mortis prebeat.*
- 38. *Explicatio art. 13. lib. 2. Eandē vers. die einen Maßschlagen. &c.*
- 43. *Sententia Seabinorum Lipsiensium pro affirmativa opinione n. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50.*
- 51. *In delictis puniendis dolus præcise requiriatur, nec lata culpa dolo equiparatur, n. 16.*
- 52. *Quodnam homicidium dicatur dolosum & voluntarium, n. 53.*
- 59. *Textibus & rationibus magis est inherendum, quam Autoritatibus Dd.*
- 60. *Ex presumptionibus & coniecluris nemo ad pœnam mortis condemnari debet.*
- 61. *Iuramentum purgatoriorum Reo non est imponendum, quando presumptione adversus ipsum militat.*
- 62. *Duplex ponitur Limitatio huius sententia, n. 63 in pr. Jacob. Schult. in addit. ad Modest. Pistor. par.*
- 3. q. 107. n. 10. *Quid horribilis, quam hominem ad imaginem & similitudinem Dei factum, occidere? c. 2. ext. de homicid. Quid derestabilis, quam hominem interficiendo, Dei officium si bi usurpare, in cuius manu stat vita & mors hominum? Deut. cap. 32. Job. cap. 14. Augustin. in c. quicunq; percutit. 23. q. 8. Quid atrocius, quam Rem publicam, cuius intercit, homines conservari, hominibus privare: l. eumratio. 7. ff. de bon.*

A

bon.

**I**ntra crima multifaria Homicidium uti hoc nostro seculo depravato freqnens; ita & horribile, atque atrox est. Quid enim frequentius, quam ut qui perpetuo quodam sibi vinculo juncti sunt homines, subinde mutuis sese conflicitationibus, verberibus ac vulneribus gravissime vexent, atque occidunt? Anton. Gomez. variar. resolut. tom. 3. cap. 3.

**b**on.damnat.Bald,in l.f.col.2.verf.sed ponemus C.  
de negot.gest.Tiber.Decian.in tractat.crimi qual.  
lib.9.cap.17.num.4.Petr. à Plach,in epit.delict.  
lib.1.cap.10.n.2.in fin.& seqq.Covarr.var.resolut.lib.2.cap.9.Quid gravius,quam sibi natu  
rā similem trucidare? Roland.conf.12.n.20.&  
seqq.vol.3.

**4** Vt hoc crimen non absq; causā dicatur gra  
ve, atrox, horribile, ac detestabile, Jacob.Bou  
len.in repet.l.capitalium. §. famosos.n.62.ff.de  
pœni socii.conf.157.n.11.lib.2.Angel.conf.217.  
Proff.Farin.lib.4.tit.14.in pr.crim.q.119.n.1.  
Ant.Gomez.var.resolut.tom.3.cap.3.in pr.Dec  
cian.delict.lib.9.c.17.per tot.Petr. à Plach,in epit.  
delict.lib.1.cap.9.n.4.

**5** Quod etiam apud Athenienses adeò fuit ex  
osum, ut iuxta legem Draconis, non modò  
animalia bruta cæde humanā polluta morte  
mulctabantur, sed & inanimata omnia punie  
bantur, si cædis causam præstisissent; sicuti de  
statua Niconis Thasii celebris pugilis refert  
Suidas, quam cum unus ex odio, quo vivum  
Niconem prosecutus fuerat, fultibus cæderet,  
eaq; statua, velutieius quem referebat vindex,  
collapsa flagellanrem extinxisset, ob idq; eius  
hæredes necis ream statuam accusassent, tan  
dem condemnata iudicium sententiā, iuxta le  
gem Draconis in mare præcipitata fuit, ut refert  
ex Eusebio Tiber.Decian.in tract.crim.delict.  
lib.9.cap.17.n.12.

**6** Quinimò & Lege Mosaicā animalia bruta  
damnabantur, si hominem interfecissent; Vt  
Bos, qui cornualiquem occidisset, lapidibus ex  
Lege obruebatur, ut habetur Exod.21.Neque  
eius carnes comedipoterant, tanquam carnes  
sanguine humano polluta: Et generaliter dici  
tur Genes.9.Sanguinem animarum vestiarum re  
quiram de manu cunctiarum bestiarum.

**7** Gravius quoq; crimen esse homicidium ad  
ulterio, tradit; Socin.in cons.157.n.8.& seqq.l.2.  
eo, quod in præceptis primò dicatur: Non oc  
cides. Et postea demum: Non mechaaberis. Et  
in Decretalibus primò ponatur titulus de ho  
micio, secundò titulus de adulteriis.

Et licet quidam tenuerint, adulterium gra  
vius esse homicidio, per l.codicillus. §. matre ff.de  
legat. 2. & per c. quod in omnibus. 32. q. 7. Veri  
tas tamen & communis opinio est in contrari  
um, inquit Tiber.Decian.in tract.crim.delict.lib.  
9.c.17.n.18.Hipp.de Marf.in rubr.ad L.Cornel.  
desicar.n.3.Boer.decif.317.n.9.Decius in l. non  
debet ff.de Reg.iur.A quā opinione in iudicando  
non recedendum, iuxta Farin.lib.4.tit.14.q.  
119.n.2.

**8** Quò igitur homines ab hoc crimine deter  
reantur, in homicidas pœna ultimi supplicii si  
ve mortis naturalis constituta est, §. item lex  
Cornel.Inst.de publ.jud.l.3. § patiatur, ibi: Homi  
cida, parricida, quod fecit, semper expectet. C.de  
Episc.audient.l.9. §. qui alias personas ff.de parri  
cid.l.un.in pr.vers.& merito.C.de rapt.virg.l.3.  
§. legis Cornelis, ff.ad l.Cornel.desicar.l. quo  
niam multa facinora.C.ad L.Ful.de vi publ.Per  
qua & alia iura unanimiter concludunt D.D.  
Pœnam homicidii de iure civili esse pœnam  
mortis. Anton.Gomez.de delict.cap.3.de homicid.

v.1.Covarr.var.resolut.lib.2.c.9.n.2.Petr. à  
Plach.in epit.delict.lib.1.cap.10.n.2.vers.sic etiam  
humanā lege. Hipp.de Marf.in l.1.n.1.& in l.  
qui cædem.n.1.ff.ad L.Corn.de sicar. Boff.in tit.  
de homicid.n.107.Proff.Farin.de q.119.n.12.Soc  
cin.conf.137.n.10.inf.lib.2.Dec.conf.66.n.1.vers.  
sed pro homicidio. Jul.Clär.in §.homicidium,n.14.  
vers.sed quaro qua sit pœna, &c. Jacob.Airer.in  
repet.l.u. vim.p.2.n.13.15 ff.de just.&jur.Ro  
land.conf.57.n.1.lib.4.

Quamvis enim pro homicidio videatur im  
posita pœna pecuniaria, videlicet quinquaginta  
aurorum, in l.1. §.1. ff.de his qui dejec. vel  
effud. l.4. ff.de cust.reor. §.ob hominē. Inst. de oblig.  
qua ex quas.delict.nasc. Attamen hoc solū acci  
piendum de eo casu speciali, quando nimirū  
agitur ex Edicto de his qui dejec. vel effud. securis  
quando agitur criminaliter ex L.Cornelia de si  
car. tunc enim homicidii pœna sine dubio est  
pœnam mortis, per jura supra allegata. Licet & A  
retin. prædictos textus intelligat de homicidio  
non doloso, sed culpolo, & per negligentiam  
commisso, in §.item 15.n.4.in fin. Inst. de obligat.  
qua ex quas.delict.nasc.

Et in hoc convenit Ius Civile cum Iure Divi  
no, quo æquè homicidæ morte multantur, se  
cundum præceptum inter primas leges homi  
nibus à Deo datas præcipuum: *Quicunq; effude  
rit humanum sanguinem, effundetur sanguis eius.*  
Genes. c. 9. Quod postea tam in Veteri quam  
Novo Testamento sæpius repetitum fuit: Vt  
Levit. 24. ibi: *Qui percussit & occiderit homi  
nem, morte moriatur.* Exod. c. 20. c. 21.. Deute. c. 5.  
Matth. c. 26. ibi: *Omnis qui gladio feruerint gla  
dio peribunt.* Apoc. c. 13. *Qui gladio occidit, oportet  
eum gladium occidi.* Tib. Decian.in tract.crim.  
lib.9.cap.17.n.8.Hipp.de Marf.in l.1.n.3.ff.ad  
L.Cornel.desicar.Gomez.de delict.c.3.n.1.Cov  
arr.var.resolut.lib.2.c.9.n.1.& 2.Petr. à Plach.  
in epit.delict.lib.1.c.10.Farin.delict.q.119.n.15.  
Jacob.Boulen.in repet.l.capitalium. §. famosos.  
n.27.& 60.ff.de pœn.Roland.conf.12.n.23.lib.3.  
& conf.57.n.1.lib.4.

Quod ipsum etiam in Constitutione Crimi  
nali Imp. Caroli V. expressè sancitum, art. 137.  
ibi: *Ein jeder Mörder oder Todesschläger / wo  
Er deshalb nicht rechtmäßige Entschuld  
ung aufzuführen kan / hat das Leben verwür  
cket.*

A quo non discrepat Ius Saxonum, quod  
pro homicidio pœnam gladii constituit, Landes  
recht / lib.2.art.13. ibi: *Die einen Mann schla  
gen (sicilicet zu tod) secundum gloss. in lit. K.) und  
fahen oder berauben/oder brennen sonder Mord  
brandt / oder Welt oder Wägde nothrogen/und  
den Fried brechen / und in Ehebrecher begrif  
fen werden / denen soll man die Häupter abschla  
gen / gloss. in dict.artic. 13. vers. Alle Mörder/  
vers. etlicher schlege einen durch Zorn / gloss. in  
Weichbild/art.38.n.11. vers. Etlicher aber schlege  
den andern zu tod. Rothschiz. in pract.part.2.  
artic. 1.n.1. vers. Wo nun solche That peinlich.  
Jacob Schult. in addit. ad Modest. Pist. p. 3. q.  
107.n.37.*

Hocq;

Hocq; genus ultimi supplicii etiamnum ho-  
diè in crimen homicidii usitissimum est; Inq;  
hisce terris homicida gladio puniuntur, & ita  
per truncationem capit is ipsi adimitur.

Etsiverò hoc extra controversiam sit, nec à  
quopiam facilè in dubium vocetur, sèpè tamen  
pœna homicidii ordinaria aggravatur & ex-  
asperatur, sa; pe etiam mitigatur, & vel in totum,  
vel ex parte remittitur. Non enim crimen ho-  
micii unius generis est, sed aliud dolosum, ali-  
ud culposum, aliud casuale, aliud necessarium  
dicitur; Et dolosum rursus vel simplex, vel Qua-  
lificatum est; quod vel ex propollo, & animo  
deliberato: vel proditoriè; vel in Consanguineis  
& Coniunctis personis, ut parricidium; vel pec-  
unia interveniente ut assassinum; vel Veneno,  
ut Veneficum; vel lucri causa cum rapina, ut la-  
trocinium committitur. *Clar. in §. homicidium.*  
*Farin. part. 5. oper. crimin. lib. 14. quest. 126. Go-*  
*mez. var. resolut. tom. 3 c. 3.*

Vnde fit, quod homicida non semper gla-  
dio solum puniantur sed quandoq; simul trahè  
illigati ad locum supplicii raptentur; vel Rotæ  
supplicio afficiantur: vel una cum cane, simiâ,  
vel eius loco fele, gallo gallinaceo, & angue  
culeo infuti in fluvium coniceti suffocentur;  
quandoq; etiam pro numero necatorum simul  
forcipibus carentibus prehendantur & adu-  
rantur: quandoq; fustigatione, aut relegatione  
perpetua, aut temporali quandoque etiam car-  
cere, aut mulctâ pecuniariâ puniantur; Et hoc  
pro qualitate ac ratione homicidii perpetrati,  
& circumstantiarum concurrentium: Quas  
iudex circumspectus, vel alius, cui cognitio &  
potestas iudicandi ac sententionandi in causis  
criminalibus commissa est, haud immemor iu-  
ramenti præstiti & salutis æternæ, iuxta admoni-  
tionem Imp. Caroli V. in Const. Crimin. art.  
150. diligentissimè & exactissimè ponderare &  
examinare debet.

De variis igitur homicidii qualitatibus, ut &  
diversis generibus suppliciorum, & quando  
pœna homicidii ordinaria exasperanda & ag-  
gravanda, vel etiam mitiganda veniat, ad infor-  
matione iudicis, quæstionibus aliquot sequen-  
tibus agere & tractare, quidq; in terris hisce E-  
lectoratus Saxonie usu & in praxi receptum sit,  
diligenter adnotare operæ pretium duxi.

Ab initio autem non dubitandum est, pro  
homicidio simplici doloso, quod in rixa com-  
mittitur ex voluntate & animo occidendi, con-  
stitutam esse pœnam ordinariam gladij. l. §. 3.  
*ff. ad L. Corn. de Sicar. Clar. in §. homicidium n. 7.*  
*Plach. in epitom. delict. lib. 1. cap. 10. in pr. & n. 5.*  
*Gomez. di. tom. 3. var. resol. esp. 3.* Quid autem,  
si animus occidendi delit; Veluti; si quis gla-  
dio, vel ligno, vel alio simili instrumento Seim-  
pronium percussit pravo animo, volente in-  
iuriam irrogare, eiusque faciem cicatrice si-  
gnare, non occidere, nec tamen potuit manum  
ita temperare, quin graviter percusserit, ex ea-  
que percussione præter intentionem vulne-  
rantis. mors fuerit secuta; Anne delinquens  
pœna mortis sive gladii puniri debeat? quæstio  
valde dubia est.

Et primâ facie videtur dicendum, pœnam  
gladii hoc casu non habere locum, sed aliâ pœ-  
nâ miriori extraordinariâ & arbitrariâ Reum  
esse puniendū, idq; propter sequentes rationes.

*Primo: Sicuti in aliis de lictis, ita & in homi- Argumē:*  
cidio, quando de pœna mortis agitatur, dolus *ta presen-*  
maximoperè requiritur, & lata culpa quoad *tentia Ne-*  
pœnam mortis dolo non æquiparatur, *l. in lege galiva.*

*Cornelia ubi gloss Barhol. 7. & Hipp. de Marsil.*

*ff. ad L. Cornel. de sicar. Alciat. in l. magna n. 3.*

*ff. de verb. signif Cagnol. in l. contractus n. 9. vers.*

*item adverte, ff. de Reg. iur. Claud. Seyfeli. in l. 1. n.*

*32. ff. de ll. Tiraquell de pœn temp. caus 14. n. 5.*

*Anton Gomez de delict. tom. 3. cap. 3. n. 15. Clar. in*

*præl. § fin. quest. 84. in pr. Cephal. consil. 76. n. 71.*

*lib. 1. Prosp. Farin. part. 3. oper. crim. q. 86. n. 22.*

*Menoch. de arbitr. judic. quest. lib. 2. casu 32. 4. n.*

*11. Paul. de Castro in l. 1. n. 9. vers. quoniam in*

*corporalibus pœnis, ff. de ll. Salicet in l. 1. n. 6. C. de*

*Sicar. Is autem qui præter intentionem aliquæ*

*occidit, non habens animum occidendi, culpâ*

*magis quam dolo occidere videtur; Siquidem*

*dolosum istud dicitur homicidium, quod com-*

*mittitur ex animo occidendi, *Iul. Clar. in præl. §**

*homicidium, n. 7. Farin. part. 5. oper. crim. quest.*

*126. n. 2. Carrer. in præl. crim. de homic. & assa-*

*§. homicid. autem species, n. 2. Plach. in epit. delict.*

*lib. 1. cap. 10. n. 5.*

*Secundò: Certum est, quod in delictis at-*

*tendatur animus & voluntas, non autem exi-*

*tus, l. Divus Adrianus 14. ff. ad L. Cornel. de sicar.*

*cuius verba hæc sunt: Divus Adrianus in hac*

*verba rescripsit, in maleficis voluntas spectatur*

*non exitus. Vbi gloss. Luc. de Penna, in l. quoties. n.*

*6. C. de exalt. tribut. lib. 10. Tiraquell. de pœn.*

*temper. caus. 51. n. 7. & 9. ubi generaliter ponit*

*conclusionem: Quod actus hominum non e-*

*ventu, sed consilio metiendi & estimandi sint,*

*per l. verum, §. sciendum, ff. de minor. l. sed an ultio.*

*§. 1. ff. de negot. gest. l. fraudis interpretatio. ff. de reg.*

*jur. Neque delictum absq; voluntate commit-*

*titur; malitia enim cuiusq; actus pravi à volun-*

*tate procedit, quæ præcipua est in omni pecca-*

*to, cum prima causa peccati sit in voluntate,*

*quæ imperat omnes actus humanos. Peccatum*

*autem sive delictum nihil aliud est, quæ actus*

*humanus malus, quemadmodum probatur in*

*cap. 15. q. 1. Idemq; docet Aristot. 3. Ethicor. x. 1.*

*Quo fit, ut maleficia, crimina & delicta volun-*

*tate distinguantur, ita ut voluntarium semper*

*sit delictum, involuntarium autem excusatetur,*

*eo quod malitia ex voluntate procedat, igitur*

*voluntas distinguunt delictum à non delicto. &*

*peccatum à non peccato discernit, c. cum volun-*

*tate, de sent. excom. l. qui iniuria, ff. de furt. l. vo-*

*rurum in pr. ff. eod. l. quod Republica, ff. de iniur.*

*Covarr. idem. si furiosu. 2. Part. relect. n. 2. Hinc*

*& in delictis regulariter tria considerantur: A-*

*nimus, factum, & delictum. Animus, ut quis*

*intendat delinquere. Factum, & sequatur deli-*

*ctum. Delictum, ut per legem sit punibile, Go-*

*mezvar. resol. tom. 3. cap. 3. n. 30.*

*Cum ergo is qui abiq; animo occidendi alii-*

*quem interficit, præter voluntatem peccet,*

*utiq; nec propriè homicidium committit, nec*

*pœna homicidii afficiendus est.*

**TERTIÒ:** Non parum iuvant hanc opinio-  
nem textus Iuris Civilis: In l. 1. § 3. ff. ad L. Cornel. de sicc. ubi habentur hæc verba: *Divus Hadrianus rescripsit, eum qui hominem occidit, si non occidendi animo hoc admisit, absolvi posse.* Et pa-  
lò post: *Sed si clavi percussit aut cucum in rixa, quamvis ferro percussit, tamen non occidendi animo, levendam eius pœnam, &c.* In l. 1. C. eod. tit. ibi: *Quid si probaverit, non occidendi animo hominem a se percussum esse, remissâ homicidij pœna, secundum disciplinam militarem sententiam proficeret, &c.* In l. eum qui. 5. C. eodem tit: *Eum qui asseverat homicidium se non voluntare, sed casu fortuito fecisse, si ho. ita est, neg. super hoc ambigi poterit, omnium metu ac suspitione volumus liberari.* It; in l. cum autem 1. . § 2. vers. capitalem ff. de adit. edit. l. in L. Cornelia. 7 ff ad L. Cornel. de sicc. In quibus textibus coercionem L. Corneliae de siccariis dolus expresse requiritur, culpa vero excluditur.

**QUARTÒ:** Extat apud Marcianum in l. 3. § 2. ff. ad L. Cornel. de sicc. cuiusdam Senatus consulti testimonium hiscè verbis positum: *sed ex Senatus consulo relegari iussa est ea, que non quidem malo animo, sed malo exemplo medicamentum ad conepionem dedit, ex quo ea, qua accep- rat, decessit.* Vnde sequitur, quod is, qui non animo occidendi vel præter voluntatem aliquem interficit, relegatione puniti debeat.

**QUINTÒ:** Idemque innuere videtur constitutio criminalis Carolina, art. 146. in princip. So einer ein ziemlich unverbüten Werck an einem Ende oder Orth / da solche Werck zu leben ziemlich ist / thut / und dadurch von ungeschick- ten gang ungeschriflicher weis / wider des Thaters willen / jemand entlebet / derselbige wird in viel wege entschuldiget. Homicidium ergo præter intentionem ac voluntatem perpetratum, exculcationem meretur, nec pro eo pœna mortis imponenda est.

**SEXTÒ:** Neq; ab hac opinione discrepat Ius Divinum, quo apud Israelitas, secundum Dei mandatum, sex erant constituta civitates resugij, ad quas fugiebat, qui nolens aliquem occiderat, ubi habitare cogebatur tantisper, donec Summo Sacerdote mortuo, in patriam urbem ipsi reverti liceret, Exod. c. 21. vers. 12. & 13. ibi: *Qui percussit hominem, volens occidere, & mortuus fuerit, morte moriatur. Qui autem non est in- fidelius, sed Deus illum tradidit in manus ejus, ca- su, constitutam tibi locum, in quem fugere debeat,* &c. Num. 35 vers. 10. 11. & seqq Deut. 19. vers. 4. 5. 6. Ios. cap. 20. vers. 1. 2. 3. Vnde apparet, quod Deus ipse metu delicta ex causis interiorib; actionum (quæ sunt mens & voluntas) ab invicem discerni, voluntariaq; cades ex insidiis factas capitali supplicio vindicari, fortuitas ve- rò cades & casu inopinato citra dolum malum perpetrata, impunita esse velit. Chyträus ad cap. 35. Num. ubi & Andreas Osiander in Bi- blijs & ad c. 20. Iosua.

**SEPTIMÒ:** Denique huic sententiæ adslipu- lantur Dd. communiter statuentes, homicidij pœna ordinari neminem afficiendum esse, ni- si homicidium occidendi animo & dolosè co- missum fuerit. Iul. Clar. in pract. §. homicidij n. 3.

vers. culpa dicitur. & n. 4. vers. dicitur itiam cul- posum. Iacob. Ayrer. in tract. de homicid. part. 2. c. n. 103, vers. ratio limitationis est. Plach. in epit. delict. lib. 1. c. 10. n. 5. 6. 10. Belsis in pract. lib. 1. cap. 13. in gloss. & ipsum interfecisset. n. 8. in fr. vers. & hoc probato. Farin. part. 5. oper. crim. quest. 126. Hartman. Pistor. observat. 108. Dec. conf. 9. n. 1. lib. 1. Marsil. conf. 7. n. 36. & n. 53. Cæpoll. conf. 33. n. 27. Alexand. conf. 140. n. 4. lib. 2. Harpr. ad §. item lex Cornelia de siccarijs. Inst. de publ. judic. n. 21. Alciat. lib. 1. disput. c. 17. Mafcard. de prob. concl. 864. n. 4. & alij quam plurimi, quos Maf- card. allegat.

Inter quos discordia est, quomodo de animo occidendi constari queat, Communiter tamen concludunt, animum occidendi exterioribus signis & coniecturis probandum esse: Marsil. in l. 1. §. Divus n. 36. ff. ad L. Corn. de sicc. gloss. in l. 1. in pr. in verb. Non occidendi animo. C. de sicc. ubi etiam Cyn. n. 2. Salicet: n. 4. Cæpoll. conf. 31. n. 3. vers. & quod istud sit verum. Carrer. in pract. de homicid. & assaff. §. homicidij autem species. n. 57. & 76. Plach. in epit. delict. lib. 1. c. 10. n. 7. Menoch. de presumption. lib. 5. presumt. 40. n. 3. Farin. dict. quest. 126. n. 93. Mafcard. de probat. lib. 2. concl. 864. n. 2. & concl. 1042. n. 10. & 11. Iacob. Ayrer. d. part. 2. n. 100. vers. ergo dolus. Quænam verò coniecturæ & signa sint sufficientia ad probandum hunc animum, latissimè tractant ac disputant Dd. non parum ab invicem dissentientes, ut videre licet apud Farin. dict. q. 126. ubi 53. con- clusiones hæc de reponit.

Econtra alii putant, animum occidendi in homicidio, utpote ex actu per se illicite gesto, semper presumi, atque sic ex ipso actu & facti atrocitate probari: Albert. in l. §. Divus. n. 3. ff. adl. Cornel. de sicc. Boff. in tit. de homicid. n. 44. vers. sed si non sumus in rixa. Ant. Gomez. de delict. cap. 3. n. 17. Hartm. Pistor. dict. observat. 108. ita tamen ut hæc presumtio aliis coniecturis tolli, & ex eis animum occidendi quem non habuisse, doceri queat, in tantum, ut etiam dolus & occidendi animus per proprium iuramentum Rei quandoq; purgari debeat, Alex- and. conf. 126. in 4. vol. Mars. conf. 61. & conf. 69. Iacob. de Arnano, sing. 44. ubi plures allegat. Quod tamen Hartm. Pistor. dict. observat. 108. tunc demum admittit, si aliquæ coniecturæ pro reo militent: Nisi enim ex coniecturis de innocentia Rei aliquo modo appareret, satis esset periculose, causam iuramento ipsius committere; Cum quilibet ut vitam redimeret, perju- tri pœnam subiret, BertaZ. confil. 85. n. 23. lib. 1. & conf. 208. n. 22. Bursat. conf. 271. n. 16. Maf- card. d. prob de concl. 864. n. 23.

Quandoq; ei iam si de animo occidendi cer- tò non constet, præcedentibus quibusdam in- dicis & circumstantiis, homicidiam torquenti posse, an occidendi animo vulnerayerit, vel no, tradit Burs. in conf. 271. n. 25. 37. & seqq. Carrer. in pract. in 3. tract. de homicid. & assaff. in §. homicidij autem species n. 70. Claud. à BertaZ. conf. 85. lit. b. lib. 1. qui adhoc ut torturam deveniri possit, tria coniunctim requirit; videlicet malam famam percutientis; indicia animi occidendi; & quod pro reo contraria non adsint indicia.

Verun-

**28.** Veruntamen hisce non obstantibus, contrarium, quod videlicet is, qui alterum gladio percutit, nolens ipsum occidere, præter intentio-  
*Decisio af-*  
*firmativa.* nem verò ei vulnus lethale infligit, ex quo mors sequitur, pœna ordinariæ æque puniri debeat, ac si habeat animum occidendi, defendit. *Anton.* *Gomez.* tom. 3. var. resolut. cap. 3. num. 17. & 18. ex *Bald.* & *Salicet.* in l. cum mandati. circa fin. C. mandat. *Egid. Bossius* tit. de homicidio. n. 71.. & seqq. *Angelus* in l. quoniam multa. C. ad L. Iul. de vi publica. *Autor. Consultat.* *Saxon.* tom. 3. part. 4. q. 1. 3. n. 25. & seqq. *Toming.* decis. 38. n. 9 & 25.

Quorum sententiam iuri ac veritati magis contentancam esse arbitror, cd quod percutiens gladio animo solum vulnerandi, æque in dolo est, & quia scit, aut saltem scire debeat, certo & destinato modo vulnus, præsertim gladio vel simili instrumento ad homicidium perpetrandum apto, dari non posse, in effectu negari nequit, quin talis habeat animum occidendi, ut cuius voluntas fertur in percussione, & in omne id, quod ex percussione dolosâ immediatè contingit. Idque ut clarius fiat, pro confirmatione huius sententie sequentia adducam fundamenta.

**29.** PRIMÒ notum est, quod dans operam rei illicitæ, teneatur de omni eo, quod sequitur præter illius intentionem & voluntatem, si nimigum causa sit ordinata, & tendat ad subsequutum delictum, ita quod delicti autor verisimiliter aut cogitavit, vel cogitare potuit, aut saltem cogitare debeat de eo, quod inde facile successivum erat, l. quoniam multa C. ad L. Iul. de vi publ. ubiq. gloss. in verb. quoniam & in verb. continentur. *Cuman.* in l. §. *Divis.* ff. ad Leg. *Corn. de sicar.* & in cons. 13. 4. col. 2. ante finem, vers. ad secundum. *Aretin.* cons. 34. in fin. *Mars.* cons. 7. n. 5. & 8. *GoZadi.* cons. 6. 1. n. 3. *Cæpoll.* cons. 33. n. 2. *Andreas Gail.* lib. 2. observ. 110. n. 38. Vnde Dd. inferunt ad enm, qui proposulit mittere incendium in unâ domo & immisit, si ex dicto incendio aliae fuerint combustæ domus, tenetur immitens de omnibus, quia verisimiliter incendium tenebat ad comburendas vicinas ædes. l. 1. §. ex incendio, ff. de incend. ruin. naufrag. ubi gl. *Cuman.* in dict. §. *Divis.* n. 3. & 4. *Farin.* p. 5. oper. crim. q. 126. n. 77. *Dec.* in l. contractus n. 47. vers. & hoc procedit. ff. de reg. jur. ubi etiam *Cagnol.* n. 88. *Salyc.* in l. quod Nerva. ad finem. vers. item *Fallit.* in l. quoniam multa Cod. depositi. *Anton.* *Gomez.* tom. 3. variar. resolut. c. 3. n. 17.

Quis autem negabit, eum qui percutit gladio hac intentione ut vulneret, dare operam rei illicitæ, præsertim cum sciat, vulnera ad mensuram dati non posse, ex iisq; immediatè ut plurimum mortem sequi, *Boſſ.* in pract. tit. de homicid. n. 74. circa finem. Quo respectu percutiens gladio, etiam versatur in dolo in genere; Dolose namq; agit quod vulnerat, & sic vulnerando dolosè causam mortis præbet. In delictis auté puniendis sufficere dolum in genere, tradunt Dd. comm *Bald.* in l. si quis n. 9. C. de Episc. & Cler. *Tiraquell.* de pœna temp. caus. 14. n. 3. in f. *Petr.* à *Plach.* in epit. delict. lib. 1. c. 27. *Farin.* p. 3. oper. crim. quast. 87. n. 57. *Gomez.* var. resolut.

tom. 3. c. 3. n. 34. inf. & alij quos allegat. *Tiraquell.* dicto loco.

SECUNDÒ: voluntariè quoque occidere videretur non solum is, qui animum habet occidendi, sed & qui vulnerando causam præbet mortis: Fertur enim voluntas quandoque in actum homicidii directè & per se; quandoq; indirectè & per accidens: Directè fertur voluntas in homicidium, quando quis animum habet occidendi, & hæc est perfecta propriaq; homicidii malitia, l. 1. C. de Sicar. l. 1. §. *Divis.* ff. ed. Indirectè autem & per accidens fertur voluntas in homicidium, quoties fertur in id, ex quo immediatè & per se non per accidens homicidium sequitur: Nam in id, quod per accidens sequitur, nullo modo fertur voluntas nec directè nec indirectè, *Covarr.* ad Clem. V. const. de homicid. secund. part. relect. in pr. n. 2. ubi allegat. S. Thom. in l. 2. q. 76. explicantem hoc exemplo: Quod scilicet causa peccati non sit directè voluntaria, sed indirectè & per accidens, quando quis vult bibere vinum immoderatè, fertur quidem voluntas tunc directè in potum immoderatum, indirectè autem & per accidens in ebrietatem, quæ fuit secuta directè & immediatè ex potione immoderata. Vnde sequitur duplicum esse voluntatem committendi homicidii: Directam, & indirectam; Illam habet, qui occidendi animo aliquem aggreditur; Hanc verò qui vulnus infligit, & quo immediatè sequitur homicidium. Vtraq; autem voluntas in actum homicidii fertur. Ergo & utraque voluntas homicidio subsecuto pœnam pro eo impositam meretur.

TERTIÒ: Huc quoque facit textus in c. f. de ho-  
micid. in 6. ubi quis mandavit aliquem verberari, ita tamen ne occidatur, vel membrum absindatur, & mandatarius excessit modum & fines mandati, & offensus mortuus est, mandans tenetur de homicidio. Additur ratio: Cum mandando in culpa fuerit & hoc evenire posse, debuerit cogitare. Vnde concludit *Gomez* dict. o. c. 3. n. 18. quando aliquot delictum vel factum est tale, quod non potest regulari & modificari animo & voluntate delinquentis, imd est tale factum, quod verisimiliter potest extendi ultra intentionem eius, tunc delinquens efficaciter tenetur, & punitur ex delicto secuto, licet habuisset animum minus delinquendi *Gomez.* d. loco.

Quartò: Similis ferè textus est in l. si quis ali-  
quid 38. §. qui abortionis 5. ff. de pœnis, ubi is, qui dedit mulieri poculum amatorium causâ amoris & libidinis, ex quo fuit secura mors mulieris, tenetur pœna mortis. Cuius decisi nulla alia ratio est, quam quod is, qui homicidii vel alterius delicti causam dat, teneatur de causato homicidio vel delicto, *Farin.* part. 5. oper. crim. quast. 126. n. 63. *Gomez.* dict. 6. 3. n. 17. *Covarr.* ad Clement. V. Constit. de homicid. secund. part. relect. in pr. n. 2. Eaque ratio manifestè probatur ex l. nihil interest ff. ad L. Cornel. de sicar. ubi dicitur: *Nihil interest, occidat quis, an causam mortis prebeat.* & ibi gloss. *Harpr.* ad §. item lex Cornelis, numero 17. 18. *Instit.* de public. judic.

**Quintò:** Notandum etiam, quod iis in locis & textibus, in quibus de pœnâ homicidii agitur, nullius proflus distinctionis habet mentio, an delinquens animum occidendi haberit, vel non, sed pœna gladii simpliciter in homicidas constituitur; non autem præsumendum,

Legillatores notabilem eiusmodi distinctionē ( si locum haberet in delicto homicidii) in re tanta, ubi de hominis vitâ agitur, silentio præ-

teruisse. Imò contrarium ex articulo 137. & 148.

*Carolina Conf. Criminis colligi potest: In art. 137. enim hæc verba habentur: Ein jeder Mörder oder Todtschläger / wo er deshalb nicht rechtmäßige Entschuldigung anführen kann das Leben verwirkt/ &c. Quilibet ergo homicida, sive habuerit animum occidendi, sive non, mortis pœnam luet, si non exceptione se fætui poterit, tali nimitem, quæ iusta & probabilis est: veluti necessariae defensionis aut casus fortuiti, de quibus solum in subsequentibus articulis agitur, & quarum expressa ibi mentio fit. Sic etiam in articulo 148. manifestè constitutum: So etliche Personen mit fürgesetztem und vereinigtem Willen und Wuth jemand bößlichen zu ermorden / einander Hülff und Beystand thun / dieselbe Thäter alle haben das Leben verwürcket. So aber etliche Personen ungeschickt in einem Schlagen oder Gefecht beyeinander waren / einander helfen / und jemand also ohne gnugsame Ursache erschlagen würde / so man denn den rechten Thäter weiß / von dess Händen die Entleibung geschehen ist / der sol als ein Totschläger mit dem Schwert zum Tode gestrafft werden/ &c. Ecce hic manifestè ii, qui ex inopinato & de improviso (ita enim vocabulum ungeschickt accipiendum esse, patet ex præcedentibus) in rixa sive tumultu aliquem percutiunt & occidunt, opponuntur iis qui ex proposito & deliberato animo occidendi aliquem interficiunt, & nihilominus, si de certo homicidâ constet, eum gladio puniendum esse disponitur. Vnde apparet manifestè, etiam eos qui ex inopinato & non animo occidendi aliquem percutiunt, & præter intentionem occidunt, pœna gladii affici debere.*

**38 Sextò:** Eundemque sensum & explicacionem habere videntur verba artic. 13. lib. 2. Elandt, recht: Die einen Menschen schlagen/ fähen/ oder berauben/ denen soll man allen die Haupter abschlagen/ &c. Non dicitur ibidem: Die einen Mann tödten/ sed potius, die einen Mann schlagen/ scilicet zu tote / *juxta gloss. sub lit. K.* Hoc enim subintelligi debet. Idque à Compilatore Iuris Saxonici, propterea verbis non expressum, quod satis visum fuit, homicidam habuisse animum percutiendi, si mors fuerit secuta, alias sanè animus occidendi necessariò requiriatur, eadem facilitate vocabulum tödten / vel *zu tote schlagen*/ exprimi potuisset.

**39 Septimò:** Convenit quoq; hæc opinio cum Iure Divino: I. Genes. 9. vers. 6. *Quicunque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius.* Qua verba generaliter loquuntur absq; ullā modi aut animi specificā determinatione, modò quis ex proposito percutserit, vel insi-

dias struxerit, juxta Exod 21. vers. 12. 13. Dn. Iohann. Gerhard. in loco de lege Dei cap. 4. Seit. 9. n. 152. II. Exod. 21. vers. 12. *Qui percutserit hominem & mortuum fuerit, morte moriatur.* Vbi benè notandum, quod dicitur, *Qui percutserit, non qui occiderit, nempe quod sufficiat, homicidam habere animum percutiendi, si mors sequatur III. Num. 35. vs. 16. Si quis ferro percutserit, & mortuum fuerit, qui percutitus est, reus erit homicidij.* vers. 18. *Si ligno quo interfici qui possit, percutitus interficerit, percutoris sanguine vindicabitur, &c.* Qui textus etiam de solâ percussione loquitur, hocque innuit, quod is, qui tali instrumento, quo quis interfici possit, pœna mortis subiicitur, scilicet, quod percutit tali instrumento, quo communiter quis interficitur, licet deficit animus occidendi.

Octavò: & sanè si aliud diceremus, res esset pessimi exempli, & infinita homicidia remanerent impunita, *Egid. Boff. de homicid. n. 71. in fin.* Quilibet enim homicida quod mortis pœnam effugeret, hæc exceptione fæsi tueri posset, dicens; se non habuisse animum occidendi, neque putasse, morte in exinde eventuram. Quod & postea leviusculis quibusdam præsumptionibus hinc inde congestis, ope & auxilio Advocatorum, quorum studium plerumq; est lites ac inquisitiones protrahere, tractu temporis præsertim colorare ac contra veritatem defendere, ipsi haud difficile foret.

*Et secundum hanc seu veriorem opinionem in Scabinatu Electorali Lipsiensi quotidie pronuntiatur hisce formalibus.*

*Ob nun gleich Inquisit uß seinem Behelf fürge wandt/ daß er solche Stiche nit der Meinung gehan/ ihm gänglich zu entleiben/ sondern ihm nur sonst ein Zeichen zu geben; Do er aber dennoch uß seinem gehanen Bekanntschaft für Gericht freywillig verharren/ oder des sonst wie recht überwiesen würde/ so möchte er von wegen solcher begangenen und bekandten Entleibung seines gehanen Fürwendens umgeachtet/ hinwiderum mit dem Schwert vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V. R. W. Ad requisitionem Quæstorie in Freyburg/ M. Maio Anno 1596.*

*Similiter modo pronunciatum cum M. R. percutserat ligno G. K. ex qua percussione subsequenti di mors fuerat subsequata:*

*Ob nun wol der Gefangene zu seinem Schutz angeführt/ daß es nicht fürsätzlichen von ihm geschehen/ in Gemüth und Meinung den Entleibeten umzubringen/ sondern er hette ihm nur vorgesetzt/ demjenigen so ihm einen Stich gegeben/ widerum einen beyzubringen; Dieweil aber gleich wol G. K. darüberentleibt worden/ ic. So mag der Gefangene/ wofern er uß seinem gehanen Bekanntschaft für öffentlichen Gesegten peinlichen Haftgerichte freywillig verharren/ oder des sonst wie recht überwiesen würde/ hinwiderum mit dem Schwert vom Leben zum Tode gestrafft werden/ V. R. W. Ad petitionem Quæstorie Torgensis, M. Octob. Anno 1614.*

*Pari ratione M. G. qui I. B. securi parva graviter serierat & occiderat, ad ultimum supplicium condemnatus, licet exciperet, se non existimasse, ex percussione ista mortem secundram, hisce formalibus:*

- So möchte Er wegen solcher begangenen und belasten Entleibung seines fürwändens ungeachtet / daß er nemlichen keinen Gross zu dem Entleibien gehabt/ usi nicht vermeint/ daß der Schlag so übel gerathen solle/weil der Schaden tödlich gewesen/ und darf er erkannt worden/mit dem Schwert vom Leben zum Tod gerichtet und gestraft werden/ V. R. W. An Bürgemeister und Rathmanne zu Brünzelaw/ M. Mart. Anno 1625.
- 46 Sic quoq; pœna gladii fuit dicta S. K. qui P. S. per inflictionem vulneris interfecrat, non habitatione opposita exceptionis quod non habuissest animum occidendi, sed solum vulnerandi. Ad requisitionem Prefecti VVissenfensis, M. Iun. Anno 1624.
- 47 Item, cum G. M. cultro C. H. vulnus infligendo cor ipsius perfodit, ad item suppieum fuit condemnatus, non obstante, quod non putasset, rem ita eventuram. An Schöffer zu Voelkenstein/ M. Iun. Anno 1610.
- 48 Similiter modo pronunciatus ad requisitionem Quæstorii in VVissensee, quando K. Z. occidit L. C. sademq; excusat ne, quod videlicet talis evenitum non solum non solum, sed etihi voluit. M. Jul. Anno 1602.
- 49 It Cum L. L. & M. S. infidias struxerant H. K. ipsumq; percusserant lignis, non animo occidenti, & tamen preter intentionem percussus exinde mortuus fuerat, ambobus pœna gladii fuit dictata. Ad consultationem Quæstorii zu Sonnewalda, M. Febr. Anno 1607.
- 50 Eadem Exceptione non obstante, S. K. qui globulo A. P. occidit, ad mortem condemnatus fuit ad requisitionem Pratoris Lipsiensis. Mense Mart. Anno 1624.
- 51 Neque huic sententiæ adversantur rationes & jura, pro confirmatione contrariae opinionis supra adducta.
- Responso ad contra ria argu mента pro negativa sententia adducta.*
- Primum enim facilimè concedo, quod in homicidio puniendo perinde ac in cæteris delictis, in quibus pœna mortis obtinet, dolus requiratur, nec lata culpa solo æquiparetur, in l. Cornel. ff. ad L. Cornel. de sciar. l. i. C. eod l. quinque, ff. defurt. l. quod Reipublica ff. de iniur. L. cum 52 autem. §. excipiuntur ff. de adit. edit. Sed eum qui pravo animo aliquem percutit gladio, vel alio simili instrumento, licet non animo occidendi, non versari in dolo, simpliciter nego ac pernogo: Dolosè siquidem agit, dum alium pravo animo percutit. Cum dolus juxta Baldum in l. qua fortui n. 5. C. de pignor. aet. si ars nocendi contra naturam, hoc est, contra amicitiam naturalem: dolosè quoque agit, quod percutit gladio vel simili instrumento, quo communiter iactus & vulnera lethalia infliguntur, ex quibus mors necessariò sequitur; adeoq; homicidium hoc maximè dolosum est, non culposum. Licet enim in percutiente dolus non sit directus in ipsummet homicidium, attamen ille actus dolosus, scilicet percussio, quæ fit gladio vel simili instrumento, ex propria vi ac natura maximè tendit in periculum mortis. Covarr. ad Clem. V. const. de homicid. secund. part. reliet. in pr. sub n. 3. Boff. de homic. n. 71.
- Et ita percutiens etiam ratione homicidii in dolo est, ut qui ex qualitate facti precedentis &
- sequentis arguitur, l. dolus C. de rescind. vendit. juxta dictum Seneca: Nil prodest quo animo feceris, si quod fecisti vitiosum est, arg. l. un. in pr. C. de rapt. virg. Angel. Aretin. de malefic. sub rubr. de homicid. n. 8. p. 203. Et dolo malo delinquit, qui per nequitiam quid facit, propter quod capite puniendus est, l. cum autem 23. §. 2. vers. capita em, ff. de adit. edit.
- Ex quo apparet, malè à Dd. animum dolosū 53 in homicidio definiri per animum occidendi; Etsi enim is qui animum pravum occidendi habet, semper in dolo verteret, non tamen contra is, qui in dolo versatur semper animum occidendi habet, iuxta supra dicta, adeoq; hæc duo minimè sunt confundenda, sed potius ita statuendum: In homicidio quo pœna gladii locum habeat, semper requiri animum dolosum, quæ habetis qui vel animo pravo occidendi aliquem 54 interfecit, vel etiam dolosè (absq; animo occidendi) percutit aut vulnerat, unde postea mors necessario sequitur.
- Secundò non obstarat, quod in delictis attendatur animus & voluntas, non autem exitus & 54 veritas, per iuris supra legata; Quia hoc verum est solum in eo, qui omnino habet animum nō delinquendi, talis enim non tenetur de omni eventu & exitu, quia contra eius voluntatem contigit; & isto casu non veritas actus, sed agentis intentio inspicitur: Secus autem in eo qui habet animum delinquendi, sed non tantum, quantum postea sublequutum fuit, qualis tenetur de omni exitu & eventu, & sic non voluntas, sed veritas attenditur, prout hoc ita declarat Bar. in l. Divus Adrianus antenu. 1. ff. ad Leg. Cornel. de sciar. Tiraquell. de revoc. donat. in verb. revertatur. n. 353. ubi & hanc limitationem declarat, non procedere in pœnis impositis ipsis jure, in quibus etiam isto casu non magis inspicitur opinio delinquentis, quam veritas seu exitus, Ang. Aretin. de malefic. sub rubr. de homicid. n. 8.
- Præterea, eum quoque qui vulnerando vel percutiendo causam mortis præbet, voluntariè occidere, dictum supra num. 31. quod hic repetendum, & præsertim id, quod voluntas feratur in homicidium etiam tunc, quando fertur in id, ex quo immediate & per se, non per accidens homicidium sequitur, ex Covarr. supra allegato.
- Tertiò non refragantur textus in l. i. §. 3. ff. 55 ad L. Cornel. de sciar. l. i. l. eum quis. C. eod tit. qui omnes loquuntur de homicidio casu fortuito perpetrato, ubi nullus intervenit dolus, de quo hic non agimus. Benè enim ab invicem sunt distinguenda hæc tria: Animo occidendi percutere: Dolose percutere tali instrumento, quo homicidium communiter committi solerit: Et ita percutere vel committere quid, unde homicidium culposum vel casuale sequitur. Casibus autem solum duobus prioribus pœna gladii pro homicidio imponitur, non etiam calu posteriori in homicidio culposo vel casuali, de quo prædictos textus accipiendos esse, ipsissima verba legum innuunt. Etsi enim in d. l. i. §. 3. ff. ad L. Cornel. de sciar. ab initio simpliciter

A 4 dicat-

dicatur, eum qui hominem occidit, si non occidens animo hoc admisit, absolviposse, postea tamen in fine §. hoc restringitur ad eum qui in rixa calu (ita enim legendum secundum Gothofr. d. loco) magis, quam voluntate homicidium admisit. Sic etiam l. 1. C. eod. tit. non nisi de homicidio causa perpetrato exaudiendam esse, expressissima verba textus suadent, quando in fine d. l. 1. dicitur: *Ceterum ea, que ex improviso casu potius, quam fraude accidunt, fato plerumq; non noxa imputantur.* Alium sensum esse L. 5. C. eod. tit. tantum abest, ut etiā princ. d. l. 5. expressissimis verbis de casu fortuito loquatur.

56 QUARTO: Ad L. 3. §. 2. ff. ad L. Corn de siccari, quod attinet, Respondet Covarr. ad Clem. V. de homicid. secund. part. relect. in pr. n. 3. agi ibidem de eo casu in quo poculum datur ad conceptionem, quod non periculoso est, quippe quod confici soleat ex his, que vires corporis augent, hominesq; & feminas naturā debiles medicamine ipso fortiores ad generationem reddit. Quia ratione non ita tendit actus hic voluntate comprehensus in periculum mortis, ut tendit ille, quo quis dolose percutit vel vulnerat, sciens ex eiusmodi percussione aut vulnere mortem ut plurimum sequi. Quam Respons. confirmat l. si quis aliquid. §. qui abortionis ff. de pæn. ubi is, qui mulieri poculum amatorium dat, ultimo supplicio afficitur; Nimirum quod dare poculum amatorium res est per se illicita, quæ tendit in periculum mortis, perinde ut percussio dolosa, quæ fit gladio vel instrumento, quo plerumque homicidium committitur, licet desit animus occidendi.

58 QUINTO: Non adversatur Conf. Crimin. Carol. art. 146. qui aequè ut textus suprà dicti Iuris Civilis non de homicidio doloso, de quo nobis sermo est, sed casu fortuito perpetrato loquitur; id quod non solum ex verbis d. art. (von ungeschickten gang ungefährlicher weise) apparet; verum etiam ex subiectis exemplis: veluti barbitonoris, qui tondendo aliquem ab alio vehementer concussus collum cultro tonsorio abscondit; & eius qui in loco solito sagittans iactu sclopeti pertransiuntem occidit, clarissimum est.

58 SESTO: Nihil quoque pro confirmandâ opinione contraria facit, quod de civitatibus refugij Israëlitarum ex Bibliis adducitur; Quia civitates ista non in gratiam homicidiatum, qui dolo aliquem percutserant, constituebantur, sed ut in illis commorarentur usq; ad mortem Summi Sacerdotis iij tantum, qui ex casu inopinato vel fortuito aliquem occidissent, prout de hisce sacri textus expressè loquuntur, ut Exod. 21. vers. 12. & 13. *Qui non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus eius.* Casu. Numer. 35. v. 22. *Quod si fortuito abiq; odio & inimicitij quicquam horum fecerit.* Deut. 19. v. 4. 5. 6. *Qui percutserit proximū suum nesciens, & qui heri & nudus teritus nullum contra eum odium habuisse cōprobatur, sed abiisse cum eo in sylvam ad ligna cēdenda, & succisione lignorum securis fugerit manus, ferrumq; lapsum de manubrio amicum eius percutserit, & occiderit, hic ad unam supra dictarum urbium confugiet & vivet.* Ios. 20. vers. 5.

*Quia ignorans percutit proximum suum.* Qui textus Biblici solum loquuntur de eo, quivel ignorans percutit, vel casu fortuito occidit, adeoque ad alios qui dolosè & ex proposito aliquem percutiunt, extendi non debent, Dn. Ioh. Gerhard. in loco de lege Dei cap. 4. sct. 9. n. 157.

Septimò: Quod denique de magno numero Dd. contrarium statuentium assertur, istud parum adversatur: Cum textibus & rationibus quibus nostra opinio innititur, magis inhærendum sit, quam autoritatibus & ingenti numero Dd. Præsertim cum hac nostra opinio etiam usu & in Scabinatu Electorali sit recepta, ut ex præjudiciis supra adductis constat. Contraria vero opinio vel exinde solum periculosa est, quod Authores & Defensores istius discrepant, quomodo de animo occidendi constare poterit, si inquisitus hoc sponte non confiteatur. Alii enim coniecturis & præsumptionibus, de quib; tamen & quānam illæ sint, ipsimet non convenient, multum ponderis tribuunt; Alii vero ad iuramentum purgatorium; Alii deniq; ad torturam hoc casu iudicem devenire posse existimant. Quorum tamen neutrum extra periculum esse videtur.

Non enim ex præsumptionib; & coniecturis criminaliter quis condemnari potest. l. absentem, in pr. ff. de pæn. ubi gloss & Bart. col. 1. & in l. quod Nerva, n. 15. inf. ff. deposit. Bald. in l. milites. n. 5. C. de quæst. Boer. decis. 164. n. 1. Gramm. conf. 13. n. 37. Decius conf. 189. n. 3. & 15. Boff. in tit. de convict. n. 16. Farin. p. 3. oper. crim. q. 36. n. 1. Erquid si præsumptiones pro utraq; parte adsint contrariae, Far. p. 5. oper. crim. q. 152. n. 99

Non facilè etiam iuramentum purgatorium Reo vel inquisito imponendum, quia præsumptio iuris, quod videlicet animo occidendi percutserit, militat contra ipsum; quo casu non credendum assertioni iuratæ, Bart. in l. inter omnes. §. recte ff. defurt. Anton. Gomez. var. resolut. tom. 3. c. 3. n. 26. Præterea & hoc ipsum valde periculoso est ob metum periurii, cuius pœnam ut vitam redimat; quilibet facile subiret, Mafcard. de probat. lib. 2. concl. 864. n. 23. Hart. Pistor. obs. 108. Burfat. conf. 271. n. 16.

Neque semper ad torturam hoc casu iudex securè devenire potest, præsertim si pro utraq; parte adsint contrariae præsumptiones, quo casu una aliam tollit. Cæpoll. conf. 31. n. 8. & 9. Blanc. in præl. crim. §. iis sic præmissis. n. 5. fol. 124. Bertaz. conf. 208. n. 10. Et quid si conieetur ac præsumptiones sint aequales, Bertaz. dict. conf. 208. n. 10.

Verissima ergo manet hæc nostra sententia, 62 quod nimirum pœna gladii seu ultimo supplicio afficiendus sit non solum ille, qui animo occidendi aliquem interfecit, sed & is qui doloso ac pravo animo percutit gladio, nolens ipsum occidere, si mors subsequuta fuerit

Quæ tamen sententia patitur limitationem: <sup>Limit.</sup> Primo: Si casus eveniat, in quo homicida non potuisse à principio necessariò cogitare mortem, qua postea secura fuit. Boff. de homicid. sub. num. 73. Veluti, si quis nolens occidere percutiat alium tali instrumento, vel tali modo,

De Pœn: homicid: & anim: occid:.

9

modo, quo quis per raro interficitur, & tamen mors contingat, ut si quis alium i<sup>c</sup>tulapidis, vel alap<sup>a</sup> occidat. Cum enim, ut supra dictum, homicida propterea dicatur in dolo versari, quod percutit gladio vel alio instrumento, quo communiter & nec essari<sup>o</sup> quis interficitur, sequitur exinde, quod percutiens tali modo; quod rarissime mors contingit, dolosè non occidat. adeoq; istud homicidium magis culposum quam dolosum habeatur, ita ut non solum pœna extraordinaria locum obtineat. De quo casu, vid. plura *infra* quest. 3.

63 Secundo: Fallit hæc opinio, quando ex *per-*  
*limit. II.* cussione dolosâ, quæ tamen sit absque animo occidendi, homicidium non per se, sed accidente sequitur. Veluti si quis aliquem percutiat gladio, velligno, & percussus cadens in terram frangat collum, vel si vulnus non est lethale, nihilominus tamen vulneratus, vel ob defectum

curæ, vel ob alia symptomata accedentia moti-  
atur! Quo casu homicida ordinatiâ pœnâ non  
est afficiendus. *Boss. de homicid. sub. n. 75. Covarr. ad Clem. V. de homicid. secund. part. relect. in §. 1. sub n. 2.* Supra dicta enim (quod nempe danti ope-  
ram rei illicitæ imputari debeat, quicquid fuerit præter eius intentionem ex eo actu securū) procedunt tantum, quantum ad subiectum, circa quod versatur ipsa malitia illicitè operantis,  
& quantum ad ea, quæ illi obiecto per se imme-  
diatè junguntur, aut necessari<sup>o</sup> sequuntur, non  
autem quoad illa, quæ per accidens oriuntur à  
re illa mala, cui opera datur quia illa quæ per ac-  
cidenseveniunt, ex opere aliquo, & tanquam  
effictus remoti proveniunt ab illo, non impu-  
tantur agenti, nec ad malitiam, nec ad bonitatē,  
*Covarr. d. loco. de quibus videantur plura *infra* q. 27. ubi de homicidio culpo<sup>o</sup> & ca-  
suali agetur.*

Q V A E S T I O II.

*In qua demonstratur, nullam habendam esse differentiam atq; respectum  
personarum circa irrogationem pœnæ in crimen  
homicidii.*

S V M M A R I A.

1. Regula ponitur generalis de pœna homicidii Reis irrogandâ.
2. Pœna homicidij respectum personarum non ad-  
mittit.
3. Nobiles mitius puniri debent, quam ignobiles ac  
vilioris conditionis homines, n. 5. sed in pœni-  
tantiummodo arbitrarii n. 12.
4. Maximè quando de pœna agitur corporali.
5. Deportationis pœna hodiè in desuetudinem abiit
6. In cuius locum successit pœna arbitaria.
7. Nobilitas à pœna homicidii neminem excusat.
8. Nec de Iure Divino Sanctione Carolina aut In-  
re Saxonicon. 10. II.
9. Delinquentes in dignitate aliqua positi, gravi-  
orem pœnam merentur.
10. Explicatio L. 3. §. Legis Cornelie, & l. pen. ff. ad  
Leg. Corn. de sciar.
11. Quandopœna arbitaria ad mortem extendi  
possit.
12. Clericus de Iure Canonico ob commissum homi-  
cidium deponendus, & in monasterium de-  
trudendus est. n. 17.
13. Clericus à judice Laico judicari nequit.
14. Extraktione Passavensi jurisdictio Ponti  
ficiis Ecclesiastica apud Status Imperii prote-  
stantes est suspensa.
15. De quibus causis Clericorum Confessoriales ju-  
dicant.
16. De Iure Divino Clerici à potestate Magistratus  
politici exempti non sunt.
17. Circa irrogationem pœna nullus habetur respe-  
ctus quoad personam occisi.
18. Appellatione hominis veniunt etiam feminas  
atq; infantes.
19. Sententia Scabinorum Lipsensium.
20. Quenā sit pœna d'utoxenias n. 29. 34. 35. 37. 38.
21. Omnis iure d'utoxenias est prohibita. n. 28.
22. Explicatio L. 9. §. 7 ff. de peculio.
23. In cadaver occisi non animadvertisendum. n. 33.
24. Canina sepultura habetur loco pœnae.
25. Improbatur consuetudo carnificum quorun-  
dam, bona Rerum d'utoxenias sibi arrogan-  
tium.
26. Reo de crimine confessio in carcere semetipsum  
interficiente, num in cadaver ipsius savien-  
dum sit?
27. Sententia Scabinorum Lipsensium n. 40.
28. Ex causa probrofa semetipsum vulnerans pœna  
hanc effugit n. 42. 44. 45. 46.
29. Sententia Scabinorum Lipsensium n. 48. 49.
30. Explicatio L. 38. §. 2. ff. de pœn. & l. omne delia-  
rium §. 7. ff. de re militari.
31. Quomodo conatus in homicidio puniri debeat,  
effectu non subsequento, n. 43. 52. 53. 54. 55.
32. Quidiuris in foro Saxonico.
33. Sententia Scabinorum Lipsensium n. 58.

**S**atis & luculenter, opinor, probatum  
fuit, quæstione præcedente, gladio punien-  
dum quoque esse eum, qui dolosè aliquem oc-  
cidit, etiam si animum & propositum occiden-  
di non habuerit, unde Regulam constituta ge-  
neralem: *Quod pœna homicidii universaliter*

teneantur omnes, qui dolosè aliquem percu-  
tiunt & occidunt.

Quæ Regula generaliter ita posita certis qui-  
busdam Ampliationibus explicanda erit. Ac  
Primo quidem amplianda ea est in omni-  
bus